



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 49. Franciæ Oratorum querelæ ob hoc Legatorum responsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

§. XLIX.

Sæcul. XVI,  
A.C. 1502.*Franciæ Oratorum querelæ ob hoc  
Legatorum responsum.***H**oc responso Oratores parum conten-

Sarp. p. 537.

ti, querendi ansam captabant co-  
ram pluribus Episcopis, præcipue vero  
Hispanis, quibus hæc exponebant: „ab-  
„surditatem sapit, quod nobis nonnisi  
„per Legatos agere liceat, perinde acsi  
„nonnisi ad illos solos missi fuissimus,  
„cum tamen constet, quod Papæ Legati  
„tantum sustineant personam Pontifi-  
„cis, tanquam Principis Oratores: qua-  
„tenus vero Papa est Episcopus, &  
„Episcoporum primus, illi duntaxat  
„Procuratores agunt, ac Papæ absen-  
„tis vicem gerunt, quo etiam loco in  
„priscis illis Conciliis habiti sunt, & re-  
„cepti: prout id ex Concilio Niceno,  
„Ephesino, Chalcedonensi, necnon Con-  
„stantinopolitano, quod in Trullo ce-  
„lebratum est, & Nicæno II. compro-  
„batur, neque alia fuit inter Concilium  
„Basileense, & Eugenium IV. Pontifi-  
„cem diffensionis caufa, quam quod  
„Legati Romani Pontificis antiquum  
„illud, & laudabile institutum vellent  
„immutatum: verum durissima hæc  
„foret servitus, qua Patres in Concilio  
„premuntur, si iphis ne quidem ea, quæ  
„proponeré vellent, audire concederetur:  
„infuper



**Sæcul. XVI.** „insuper summa Principibus injuria in-  
A C. 1562. „ferretur, si illis non daretur agere  
 „cum iis, quorum in manibus est ma-  
 „ximorum Principatus sui negotiorum  
 „discussio: de cetero decretum, vi cuius  
 „sancitum dicitur, quod Oratores non  
 „nisi cum Papæ Legatis agere possint,  
 „ignoramus, si tamen illud etiam ex-  
 „taret, attendendum, atque ferio, unde  
 „illud profectum sit, inquirendum; nam  
 „si a Legatis emanavit, tum illi auto-  
 „ritatem suam extra fines ipsis præscri-  
 „ptos mirum in modum protenderunt:  
 „si vero a Synodo fuit editum, tunc  
 „necessario examinandum, qualiter, &  
 „quando factum sit: neque enim tote-  
 „rari potest injuria, quod Legati cum  
 „paucis Præfulibus Italis Roma solum  
 „venientibus hoc Decretum condic-  
 „rint, & severè executi sint, ne vi-  
 „delicet quidquam in Synodo nisi Le-  
 „gatorum ore proponatur, ut sic exclu-  
 „derentur Principes, ac Præfules omnes,  
 „ne salutare reformationis negotium  
 „proponere possent, quod tamen ad Di-  
 „vini Nominis honorem, ac gloriam ce-  
 „deret: si igitur ejusmodi decretum re-  
 „ipſa exstat, atque intactum relinquitur,  
 „profana auctoritas vilipendetur, atque  
 „Oratorum, qui suorum Principum no-  
 „mine hac auctoritate pollent, potestas  
 „restringitur.

§. L.

